

DIE XVI. MAII.

## S. JOANNIS NEPOMUCENI MARTYRIS.

DUPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui, ob invictum beati Joannis sacramentale siléntium, nova Ecclésiam tuam martyrii coróna decorásti : da nobis, ejus intercessióne et exémplo, linguam caute custodíre & ac ómnia pótius mala quam ánimæ de-triméntum in hoc sæculo toleráre : Per.

DIE XVIII. MAII.

## S. VENANTII MARTYRIS

SIMPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui hunc diem beati Venantii Mártyris tui triúmpho consecrásti & exáudi preces pópuli tui : et præsta ut qui ejus mérita venerámur & fidei constántiam imitémur : Per.

DIE XIX. MAII.

## S. PETRI CÆLESTINI PAPÆ ET CONFESSORIS.

DUPLEX.

Oratio.

**D**EUS, qui beatum Petrum Cælestínum ad summi Pontificátus ápicem sublimásti & quique illum humilitati postpónere docuísti : concéde propítius ut ejus exémplo cuncta mundi despícere & et ad promíssa humilibus præmia perveníre felíciter mereámur : Per.

In j. Vesperis Memoria sanctæ Pudentianæ Virginis.

Oratio.

**E**XAUDI nos Deus salutáris noster : ut, sicut de beatæ Pudentiánæ Virginis tuæ festivitaté gaudémus & ita piæ devotiónis erudiámur afféctu : Per.

